

libet ecclesie seu ecclesiastice dignitatis per laicam manum acceperit¹⁾, investituram ipsam auctoritate apostolica irritam esse cognoscat²⁾ et tam se quam episcopum, qui sibi manus imposuerit, gradus sui periculo subiacere.¹⁾

c. 5.

Metropolitano defuncto cum in loco eius alius fuerit subrogandus, episcopi suffraganei ad metropolim civitatem accedant et clericorum ac civium voluntate discussa vel ex ipsis episcopis aut presbiteris seu diaconibus eiusdem [ecc][lesie]³⁾ vel alterius, si ibi inventus non fuerit, qui sanctor et peritior inventus⁴⁾ fuerit, eligatur et cum solennitate decreti subscriptione omnium roborati litterarumve testimonio ad summum pontificem cum archidiaconibus et melioribus ecclesie sue clericis consecrandus⁴⁾ accedat.

c. 6.

Obeuntibus⁵⁾ episcopis, quoniam ultra tres menses vacare ecclesiam sanctorum patrum prohibent sanctiones, decernimus, ut canonici episcopalis ecclesie cum reliquo clero populoque convenient, adhibitis etiam religiosis viris⁵⁾, si in eodem episcopatu fuerint, secundum⁶⁾ statuta canonum de propria diocesi vel de alia, si in ea idoneus inventus non fuerit, exclusa munerum et personarum acceptione ob vite meritum et scientie donum tales studeant eligere sibi pastores, qui sanctiores sint et ceteris meliores, quorum comparatione ceteri grex dicantur, qui sibi subiectis usquequaque preesse valeant^{b)} et prodesse.⁶⁾ Verum si⁷⁾ vota eligentium in duas se diviserint^{c)} partes, is metropolitano iudicio alteri preferatur, qui

a) hier beginnt fol. 1.

b) valeat.

c) diuiserit.

¹⁾ Dgl. c. 17 C. XVI q. 7 (= conc. Lat. a. 1110 c. 5, Const. 1, 569 Nr. 397).

²⁾ Dgl. c. 13 C. XVI q. 7 (= conc. Rom. a. 1078 c. 3, Register Gregors VII. ed. E. Caspar 403).

³⁾ Dgl. c. 19 D. 63 (= Leo I. JK. 411 c. 5, Hinrichius 619).

⁴⁾ Dgl. c. 11 D. 61 (= Gregor I. Reg. II 25 JE. 1178, MG. Epist. 1, 122).

⁵⁾—⁵⁾ Dgl. c. 35 D. 63 (= conc. Lat. a. 1139 c. 28, Mansi 21, 533).

⁶⁾—⁶⁾ Dgl. c. 34 D. 63 (= Ansegis Cap. I 78, MG. Capit. 1, 405).

⁷⁾—⁷⁾ Dgl. c. 36 D. 63 (= Leo I. JK. 411 c. 4, Hinrichius 619).